

Bullae Papae Gregory XIII: Christiani populi corpus..... dated 16th October 1572.

- In: Laerzio Cherubini, Angelo Maria Cherubino. Magnum bullarium romanum, a Pio Quarto vsque ad Innocentium IX. P. Borde, L. Arnaud & C.I. Rigaud, Lyon, 1673, vol.2, p.365-366

VI. Institutio Militiae S. Mauritij Martyris, sub regula Cisterciensi, ac sub regimine Emanuelis Philiberti Sabaudiæ Ducis, suorumque Successorum, quid Militiae Magni Magistri perpetuo sint.

*Huic Militia hic idem Pontifex uniuersit postea aliam
Militiam S. Lazari Hierosolymitani, ut in const.
seq. De qua S. Lazari Militia, vide plene
notata sup. in const. 28. Pij. F. Sicuti.*

*Anno D. G R E G O R I V S E P I S C O P Y S,
1572. Scrutus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.*

*Christianæ
Reipublicæ
versatio.*

Christiani populi corpus, sic summa Dei prouidentia cernitur constitutum, ut quemadmodum Ecclesiasticis personis proptia est operatio attributa, ita strenuis & fortibus viris, tanquam Christi Athletis, sua benemerendi occasio sit oblata. Cum ad eum quoque finem Deus secularem Principibus potestatem dederit, ut debitum sanctæ Religioni præstent famulatum, atque his inter se cohærentibus, & militiae præsidio Sacerdotum pietas in suo officio protegatur, & militum, virtus amore Religionis augeatur, vnde illius fides, & gloria sit propaganda; id vero summo conatu pro tempore esse agendum, ut quam maxima Christianæ & Catholicæ fidei adiumenta comparentur, Reipublicæ Christianæ grauissima vulnera ab hereticis satanæ ministri. inflata, & ab eisdem,

Bullary Magni Tom. II.

ac infidelibus in postetum impendentia mala, satis aperte nos admonent: ac inter cæteras Christiani populi patres, his præcipue malis hereticorum venenis, dolis, insidiis, atque oppressionibus obnoxiaz conspiciuntur Sabaudiaz & finitimatæ Regiones, ob vicinitatem adiacentium quorundam locorum, præsertim Geneuz, à quo ipsa heresum contagio, & pestis circumquaque scribit, atque manauit.

§. 1. Itaque cum dilectus filius nobilis vir Emanuël ^{Dux Sabaudie}, Philibertus Sabaudiaz Dux, pro sua præstanti pietate, ac ^{dia proprie}
^{de institutione}
^{de militia S.}
^{Mauritij.} prudentia, hæc diligenter considerans in animum induxit, ad alia quæ ipse consuevit, tuenda & augenda Catholicæ Religionis causa, in locis dictioni suæ subiectis ^{perinde litteris} adhibete remedia illa, & adiungete, vt ex delectis omnis generis Christiani populi militibus, vnam Sanctæ Sedis auctoritate conficiat militiam, Beati Mauritij Martyris nuncupandam, quem idem Emanuel Philibertus Dux, & eius antecessores, vt præcipuum suum, ac rerum suarum protectorem, eximio ac perpetuo studio & veneratione sunt prosecuti, idque nobis exponis fecerit, ac simul supplicari, vt hoc ei impartire dignaremur.

§. 2. Nos optimum illius consilium, ac ipso maioribus que eius clarissimis & præstantissimis Principibus dignum animum, metitis in Domino laudibus commendantes, ac prospicientes ipsam sic constituendam militiam, maximo sui & præsidio fore non solum ipsis Sabaudiaz, & Pedemontium Provinciis, sed toti etiam Italiz ad sustinendos & propulsandos quosvis hereticorum, & infidelium impetus, ac opportunissimum ibi propugnaculum, munimentum, & auxilium habitutos esse, Nos, Ecclesiamque Romanam, ac uniuersam Christianam Rempublicam in ipso militiaz robore, ac talis Ducis maxima virtute, rerumque bellicatum summa, & sæpe cognita petitia, illi super hac re, prompto ac libenti animo annendum, piisque eius conatus speciali fauore, & gratia dum prosequendos.

9. 3. Quare ipsum Emanuēlem Philibertum Ducem à ipsaque infl.
 quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, eius Militia
 aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, si qui-
 bus quomodolibet innodatus existit, ad effectum prælen- s. Mauritij
 tium dumtaxat consequendum hatum serie absoluentes, sub regula Ci-
 & absolutum fore clementes, eius supplicationibus incli- tterciensi. &
 nati, vnam Militiam, ad laudem & gloriam omnipotentis
 Dei, qui Dominus est exercituum, & per quem Reges re- sub Duco Sa-
 gnant, ac Principes imperant, & Fidei Catholice in dictis bonis tribuo-
 Sabaudia & Pedemontis Regionibus defensionem, ac redobent.
 vniuersae Italie, totiusque Christianæ Republicæ salu-
 tem & commodum, sub invocatione S. Mauritij Martyris,
 & regula Cisterciensi nuncupandam per vniuersum Chri-
 stianum orbem, cuius suprema Sedes, & militum Con-
 ventus in loco ab eodem Emanuele Philiberto Duce in
 Sabaudia statuendo & assignando, perpetuo sit, & in ipsa
 Militia vnum Magistrum Magnum vocandum, supremam
 eiusdem Militie dignitatem pro uno Magistro, qui illius
 caput existat, cum eo quo sibi expedite videbitur militum
 & ministrorum numero. Qui Milites cum vnika tantum,
 & virgine coniugati, ad habitum & professionem regula-
 rem admitti, seu qui pro tempore admissi fuerint matri-
 monium, cum simili virgine & vnika dumtaxat contra-
 here possint, alias vero ipsi castitatem coniugalem, & obe-
 dientiam expresse proferantur, cum mensa Magistri,
 officiis, iuribus, iurisdictionibus, & insignibus consuetis
 aliarum huiusmodi Militiarum instar, ex nunc prot post
 quam ipse Emanuēl Philibertus Dux dotem annui red-
 ditus quindecim millium scutorum de propriis & patri-
 monialibus bonis suis illi constituerit, & è contra au-
 ritate Apostolica tenore præsentium perpetuo erigimus
 & instituimus. Ac illi sic credere, eiusque mensæ dictam
 dotem quindecim millium scutorum, etiam perpetuo ap-
 plicamus & appropriamus, ita ut liceat eidem Emanuēli
 Philiberto Duci, & pro tempore existenti Magno Magi-
 stro, bonorum dictarum dotis corporalem possessionem, seu
 quasi libere apprehendere, ac perpetuo retinere, fructus
 que & prouentus, in suos & dictarum Militarum usus, & utili-
 litatem conuertere, cuiusvis licentia minime requisita.
 Et nihilominus Magistratum prædictum, cuius fructus,
 redditus, & prouentus nulli sunt ab hac eius primaria

H h 3 credio

creditione vacantem , cum omnibus iuribus & pertinentiis suis, praedicto Emanueli Philiberto Duci, eiusque successoribus omnibus Sabaudiae Ducibus , qui pariter Magni Magistri esse debeant , & perpetuum concedimus & assignamus.

*Facultas M.
Mag. militis
ad habitum
recipiendi.* §. 4. Ipsisque præterea, & ipsorum singulis liberam facultatem tribuimus, ut quotquot illis viisi fuerint milites nobiles, aut optima virtute cognitos, vel alias pro eorum arbitrio, vel statuto qualificatos, ex omnibus nationibus post factam ab ipsis, iuxta formam præsentibus annotatam Catholicæ fidei professionem , ad habitum , & regularem professionem admittere.

*Beneficiarii.
Beneficii.* §. 5. Ac & in quibuscumque mundi partibus Prioratus, Baiuliatus, Præceptorias, & alia beneficia dictæ militiz erigere.

*Bona laicalia
pro dote assi-
gnandi.* §. 6. Eisque sic erectis Patrimonialia & laicalia bona eorum, qui illa relinquere voluerint, dotis nomine assignandi.

*Ius patrona-
tus fundato-
ribus refor-
mandi.* §. 7. Ius patronatus fundatoribus, seu dotatoribus idem potentibus valide reseruare , quod sic reseruatum idem robur, eandemque vim & efficaciam obtineat, quod obtineret, si per nos concessum foret.

*Provincias.
& Nationes
separandi.* §. 8. Necnon Provincias & nationes diuidere, ac ex erigendis dictæ militiz beneficiis , quæ Prioratus, quæ Præceptoriz, quæ superiora, vel inferiora beneficia esse, eaque & eorum singula, quos fructus habere, & tam ipsa quam illa obtinentes, quæ onera supportare ad illa quoque admittendi, quibus qualitatibus suffulti esse, & quibus legibus subiacere debeant , aliaque ad usum militiz huius necessaria decernere & declarare.

*Sancta con-
dendi.* §. 9. Atque tam de prædicta, quam aliis quibuscumque rebus & negotiis occurrentibus, quæcumque statuta condere, facere, & ordinare, illaque postquam condita & ordinata fuerint quotiescumque usum fuerit, pro eorum arbitrio & voluntate interpretari, mutare, alterare, limitare, corrigeret, seu in meliorem formam reducere, aut in totum delere , aliaque de novo edere , ac quascumque penas apponere , & ad illorum executionem procedere valeant.

*Dicitur in
risans.*

§. 10. Decernentes supradicta, firmitate perpetua consertere, ac irritum & inane, quicquid secus super illis per quoscumque, scienter vel ignorantiter contigerit attentari.

Claus. derog.

§. 11. Non obstantibus constitutionibus & ordinacionibus Apostolicis, ceterisque contractis quibuscumque.

*Forma vero professionis Fidei per singulos Milites
præstanda hac est, videlicet.*

*Forma profes-
sione fidei
ipsoformis Mi-
litum.*

§. 12. **E**go N. firma fide credo, & profiteor omnia & singula, quæ continentur in Symbolo fidei, quo Sancta Romana Ecclesia vtitur, videlicet. Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem Cœli & terræ, visibilium omnium & invisibilium. Et in unum Dominum Iesum Christum Filium Dei unigenitum, & ex Patre natum ante omnia secula Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de Cœlis. Et incarnatus est de Spiritu Sancto, ex MARIA Virgine, & Homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus & sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum scripturas. Et ascendit in Cœlum, sedet ad dexteram Patri. Et iterum venturus est cum gloria iudicare viuos & mortuos, cuius regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum Dominum & vivificantem, qui ex Patre, Filioque procedit. Qui cum Patre & Filio simul adoratur, & conglorificatur, qui locutus est per Prophetas. Et unam Sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi seculi. Amen. Apostolicas & Ecclesiasticas traditiones, reliquaque eiusdem Ecclesie observationes & constitutiones firmissime admitto, & amplector. Item sacram scripturam iuxta eum sensum, quem tenuit & tenet Sancta Mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu & interpretatione sacrarum scripturarum admitto, nec eam

vnquam , nisi iuxta vnanimem consensum Patrum accipiām & interpretabor. Profiteor quoque septem esse vte & proprie Sacra menta noue legi à IESV CHRISTO Dominō nostro instituta, atque ad salutem humani generis, licet non omnia singulis necessaria , scilicet, Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitētiam, Extremam-
vnc̄tionem, Ordinem, & Matrimonium, illaque gratiam conferte, & ex his Baptismum, Confirmationem, & Ordinem sine sacrificio reiterati non posse. Receptos quoque & approbatos Ecclesie Catholice titus in supradictorum omnium Sacramentorum solemni administratione recipio & admitto. Omnia & singula, quæ de peccato originali, & de iustificatione in Sanc̄ta Tridētina Synodo definita & declarata fuerunt, amplector & recipio ; profiteor pariter in Missa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium sacrificium, pro viuis & defunctis , atque in Sanctissimo Eucharistie Sacramento esse vere, realiter, ac substantialiter, corpus & sanguinem, vna cum anima & diuinitate Domini nostri IESV CHRISTI, fierique conuersionem totius substantiae panis in corpus, & totius substantiae vini in sanguinem, quam conuersiōnem Catholica Ecclesia transubstantiationem appellat. Fateor etiam sub altera tantum specie totum atque integrum Christum , verumque Sacramentum , suumque constanter teneo Purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragiis, iuuari, similiter & Sanctos vna cum Christo regnantes, venerādos, atque inuocandos esse, eosque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum Reliquias esse venerandas. Firmiter assero Imagines Christi, ac Deiparæ semper Virginis, necnon aliorum Sanctorum habendas & retinendas esse, atque eis debitum honorem,

atque venerationem impertiendam. Indulgentiarum etiam potestatem à Christo in Ecclesia relictam suisse, illarumque usum Christiano populo maximè salutarem esse affirmo. Sanctam Catholicam & Apostolicam Romanam Ecclesiam omnium Ecclesiarum Matrem & Magistrum agnosco, Romanoque Pontifici Beati Petri Apostolorum Principis successori, ac Iesu Christi Vicario, veram obedientiam spondeo ac iuro. Cætera item omnia à sacris Canonibus, œcumenicis Conciliis, ac præcipue à Sacro Sancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata, indubitanter recipio atque profiteor, simulque contraria omnia, atque hæreses quascumque ab Ecclesia damnatas & reiectas, & anathematizatas, ego pariter damno, reiicio, & anathematizo. Hanc veram Catholicam fidem, extra quam nemo saluus esse potest, quam in presenti sponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integrum & immaculatum usque ad extremum vitæ spiritum constantissime, Deo adiuuante, retinere & confiteri, atque à meis subditis, seu illis quorum cura ad me, in munere meo spebit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit curaturum. Ego idem N. spondeo, voueo, ac iuro, sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia.

§. 13. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc pagi- *Sanctam pa-*
nam nostræ absolutionis, erectionis, institutionis, appli- *nali.*
cationis, appropriationis, concessionis, assignationis, rei-
butionis, & decreti infingere, vel ei ausu temerario con-
traire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, ipdi-
gnationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli
Apostolorum eius, se nouerit incursum.

Dat. Romæ apud S. Marcum, anno Incarnationis Do- *D. P. A. 1. die*
miniæ 1572. 16. Kal. Octob. Pontificis nostri anno 1. *16. Septemb.*